135

Digitized by Google

IOANNIS MANELPHI

A MONTEROTVNDO SABINAE,

Medici Romani,

TRACTATVS DE FLETV,

& Lacrymis

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

R O M Æ,
Ex Typographia Bartholomæi Zannetti.
M. DC. XVIII.

Superiorum Permiſſu.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sac. Pal. Apoſt.

Cæſar Fidelis Viceſg.

Recognoui ego Camillus Cæſar preſbiter S. Thologiæ Doctor, ex commiſſione Reuerendiſsimi P. F. Hyacinthi Petronij Sacri & Apoſtolici Palatij Magiſtri librum Ioannis Manelphi, qui inſcribitur, tractatus de Fletu, & Lacrymis, & nihil inueni aut Chriſtianæ Religioni, aut bonis moribus contrarium. In quorum fidem has præſentes ſcripſi, & ſubſcripſi manu propria. Romæ 14. Septembris 1618.

Camillus Cæſar Sac. Theol. Doct.

Imprimatur,

F. Gregorius Donatus Romanus Magiſter & Reuerendiſſ. P. F. Hiacynthi Petronij Sac. Pal. Apoſt. Mag. Soc. Ord. Præd.

ILLVSTRISSIMO,
Et Excellentiſs. D.
D. ALEXANDRO
DVCI SFORTIÆ
Patrono Colendiſs.

IOANNES MANELPHVS à Monterotundo Sabinæ, Medicus Romanus. S. P. D.

NEMO ferè vetuſtiorum ſcriptorum fuit, qui ſuis lucubrationibus aliquem non cooptauerit

dignis-

digniſsimum Patronum, quorum veſtigijs, & ipſe nunc inhærens; quem te, generis claritate, prudentia, morum probitate, atque alijs virtutibus inſignitum, meliorem Patronum, huius opuſculi mei de Fletu, & Lacrymis eligam, certe Princeps Ampliſsime, haud inuenio: A primis quandoquidem exordijs artis meæ, intra tuos lares, in hunc vſque diem medicinam facio; ita

vt hæc, & ſi iuuentutis rudimenta, nulli tamen alteri, quam tibi magis deberi certo ſciam. Qua igitur integritate, atque diligentia tibi, tuorumque valetudini ſemper incubi. eadem quæſo animi magnificentia, accipe hoc tui deuotiſsimi famuli munuſculum, & qualecumque ſit gratum habeas exoro: Siquidem initio rerum, quæ cœleſtibus oblata ſint ſacra nō myrrhas, ait fuiſſe Por-

phyrius, non caſias, non item crocum, ſed herbam virentem, veluti terrenæ potentiæ progerminantis primitias quaſdam manibus offerebant. Et ita valeas, Princeps Excellentiſſime, meque, vt ſoles, mandatis tuis ſemper honora. Datum Romæ 6. Octobris 1618.

IOAN-

IOANNIS MANELPHI
A MONTEROTVNDO SABINÆ,
Medici Romani,
Tractatus de fletu, & lacrymis.

CONtemplanti mihi varias humanæ naturæ calamitates,atque tot morborum genera, quæ noſtrum corpus affligere ſolent,tum etiam animi paſſio-

nes, quas morales Philoſophi, in primiſque Ariſtoteles multas narrauit: occurrit ſæpius ſe ſe mihi ea paſſio, quæ grauiores animi, & corporis ægritudines comitari ſolet: Fletus, inquam, dolorum pathos, perenniſque nobis futuræ calamitatis certum inditium, quando mortales non protinus in lucem editi hunc ipſum experiantur: ex quo naturaliſsimũ, etiam fletum, in homine opus, atque riſum iudicaui; qui quidem, etſi magis proprius à Philoſophis dicatur: poſt fletum tamen, neque ante diem quadrageſimum hominibus, cum Plinio, & Ariſtotele accedat:

Plin. lib. 7. in procemio.

Plin. lib. 7. in procemio. Ariſt. 7. de hiſt. anim. cap. 10.

Cum-

Cumque adeò naturaliter fletus hic hominibus fiat, de ipſo quoque agere, & medico etiam res mihi digniſsima viſa fuit: atque propterea aſſumpſi [illegible] ego hanc prouinciam; quamque licet difficillimam, pro viribus tamen, & hac methodo explanare conabor. Quid nominis, videlicet, primo de fletu, & lacrymis examinabitur. Secundo, quid rei. Tertio, quotuplex ſit. Quarto, à quibus, vbi, & quomodo fiat. Quinto, propter quid fiat, & cuius gratia. Sexto, ac tandem non nullæ aliæ, tum iucundæ, tum etiam perutiles quæſtiones de eodem fletu, & la-

crymis examinabuntur.

Quid nominis fletus, & lacrymarũ.

Atque à primis quæ quærebantur, exordium ſumens, fletus δάκρυον græce dicitur, ex quo dacryma, ſiue lacryma à lacerando dicta; quaſi huiuſcemodi ex animi laceratione citetur: Differunt quidem hæc duo aliquo modo, & inter ſe, nempe lacryma, atque fletus; quandoquidem hic nihil eſt aliud quam emiſſio, vel effuſio lacrymarum ab oculis: lacryma verò humor eſt flentium ex oculis proueniens: ex quo lacryma terminus ipſius fletus, ipſe verò fletus lacrymarum motus dici poterit; at quoniam terminus, atque mo-

Quid fletus.

Quid lacryma.

tus, iuxta Philoſophos, realiter inter ſe nullam habent differentiam, ſed tantummodo formaliter, cum motus nihil aliud ſit, quam ipſe terminus in fieri: Hinc & lacrymæ quoque in fletu fientes, nullam habebunt à fletu realem differentiam. Et propterea ne nimis etiam diffuſa huiuſmodi ſit tractatio mea de fletu, & lacrymis, atque tædio nec etiam afficiam beneuolos Lectores meos, breuitati ſtudens, nomine fletus, idem hic intelligam, atque lacrymas; quemadmodum & vice verſa, lacrymarum nomine idem intelligam, atque fletum: cum etiam

raro, vel numquam adſint propriæ lacrymæ ſine fletu, nec vmquam fletus ſine lacrymis contingere poſſit. Vt enim in definitione dicebatur, emiſſio lacrymarum ab oculis eſt ipſemet fletus: ex quo Virgilius,

Virgil. 1. Æneid. *Multa gemens*, inquit, *largoque*
humectat flumine vultum.

& aliàs:

Virgil. 3. Æneid. *Talia fundebat lacrymans, longaſque ciebat*
In caſſum fletus.

Ouid. ep. 8. *Flere licet certe*, inquit Ouidius, *flendo diffundimus iram*
Perque ſinus lacrymæ fluminis inſtar eunt.
Has ſemper ſolas habeo, ſemperq. profundo

Hu-

Hument incultæ fonte perenne genæ.

Cum igitur in fletu & lacrymæ ſemper fundantur, atque ipſemet fletus nihil aliud ſit quam emiſſio, vel effuſio lacrymarum ab oculis (ad tertium quod quærebatur accedens) quia talis emiſſio non vna eſt, at verò multiplex recenſetur ab Auctoribus: Hinc & fletus non vnus, at multiplex quoque erit. Hippocrates ſummatim diuidebat ipſum duas in partes, quando in aphoriſmis, ὀκὸσοισιν, inquit, ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀῤῥωστίῃσι κατὰ προαίρεσιν ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον. ὀκόσοισι δὲ μὲν κατὰ προ-

Quotuplex fletus, & lacryma.

Hipp. 4. aphor. 52.

αἵρεσιν ἀτοπώτερον. hoc eſt, quibus in febribus, aut in alijs morbis ſecundum voluntatem oculi illacrymant, nihil abſurdum: quibus verò non ſecundum voluntatem abſurdius: Galenus in commentario, ſecundum voluntatem illacrymari intellexit, quando ſcilicet oculus nullo peculiari, & proprio affectu laborat; vtputa ophtalmia, palpebrarum ſcabritia, aut ſimili alia re: Certa enim, inquit, virtutis retentricis debilitas indicatur: quod idem confirmauit quoque, & in Prognoſticis, quando Hippocrates, ſi oculi aſſerebat, lumen effugiunt, ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως, malum:

Gal. com. aphor. 52. 4. lib.

Quæ quidem verba non nulli & ſponte illacrymant, interpretati fuere, ſed certe abſque vlla ratione: quandoquidem ἀπροαιρέτως aduerbialiter dixit Hippocrates, ex ἀ quod ſignificat ſine, atque προαιρέσεως, quod voluntatem ſignificat. Si oculi igitur lumen effugiunt, & ſine noſtra voluntate illacrymant malum, quemadmodum, & Cornarius interpretarunt, Laurentianus Florentinus, atque alij ſimiles: E contra verò in aphoriſmis, ſi oculi ſecundum voluntatem, videlicet ægrorum, illacryment, nihil malum aſſerebat Hippocrates.

Hipp. 1. prognoſt. comm. 1. tex. 19.

Sed dices, quid eſt hoc ſecundum voluntatem ęgrorum lacrymari apud Hippocratem?

Cum ſcilicet, reſponderem, ad fletum voluntas ægrorum concurrat: vtputa data aliqua cauſa in animo ægri illacrymandi, quæ nec etiam ab ipſo ignoretur, cuiuſmodi cupiditas ſunt, ira, excandeſcentia, timor, inuidia, gaudium, odium, deſiderium, miſericordia, ac tandem dolor, & alij huiuſmodi ſunt animi affectus. Eo quidem caſu ſi lacrymæ tunc ſuccedant, ſecundum voluntatem euenient; neque vllius mali prænuncię erunt, vt optime hic in aphoriſmo adnotauit Hip-

pocrates: Quibus verò è contra, non concurrente voluntate, nulla videlicet data cauſſa in animo illacrymandi, fletus, vel lacrymæ ſi ſuccedant, eo caſu valde quidem timendum eſt: Certa namque virtutis retentricis debilitas indicatur, vt optimè quoque Galenus ſuperioribus aſſerebat.

Et quod ſecundum voluntatem lacrymari, vel præter voluntatem ſic intelligatur apud Hippocratē, docuit inter alios expoſitor noni libri Almanſaris; quando lacrymas quaſdam eſſe voluntarias aiebat, cuiuſmodi ex triſtitia ſunt, vel lætitia: Quædam etiam lacrymæ

ſunt (deinde ſubiungit) quæ vltimam conſequuntur debilitatem omnium oculi virtutum, & cerebri, ac omnino corporis reliqui: ſed propinquis morti hæ plurimum eueniunt, ac deprolatis; nec ab expellente profluunt virtute, verum ab humoris grauitate ad inferiora nutu ſuo vergentis, detemptoria etiamnum facultate labefacta, vt Galenus apud Hippocratem interpretatur.

Sed dices, quæ lacrymæ in ophtalmia, aut ſcabritia palpebrarum, & huiuſmodi enaſcuntur, in quam partem referendæ ſunt, voluntariæ ne erunt, aut cum Hippocrate inuolun-

tariæ? Reſponderem vtique inuoluntarias eſſe,ſi de animi voluntate intelligamus. Sed cum inuoluntariæ, an includantur in aphoriſtica Hippocratis ſententia? Et ſi aliquando huiuſcemodi dictæ præternaturales affectiones, vtputa ophtalmia, vel oculorum ſcabrities, & ſi, inquam, hæ aliquando malæ, ſint, ſicut Hippocrates in prognoſticis, quando, Aut quæ in oculis alba ſunt rubeſcunt, malum docuit; non tamen has ab Hippocrate in aphoriſmo ſuperius citato comprehendi dicerem: quandoquidem, quibus in febribus, ait Hippocrates, vel in alijs morbis oculi ſe-

Hipp. in progn. dicto loco.

Hipp.aph. d.4.lib.

cundum voluntatem ægrorum illacrymant, non malum, quibus verò è contra præter voluntatem malum: hic animaduertendum eſt, Hippocratem conſideraſſe oculos cum lacrymis tantummodo, non tamen alia affectione conflictatos: In quocumque igitur morbo oculi non ſecundum voluntatem illacrymant malum eſt, præcipue verò in febribus, atque eadem, quam ſuperius rationem, Galenus aſſerebat: quoniam, ſcilicet, certa virtutis retentricis debilitas indicatur. Vnde, & ſi in ophtalmia, vel alijs ſimilibus lacrymæ non ſecundum voluntatem adſint, tamen

ſub aphoriſmo nequaquam comprehenduntur, nec etiam in axiomate prognoſticorum, In quibus, & ſi obſcure magis Hippocrates loqui viſus fuit, eadem tamen, atque hic in aphoriſmo intellexit.

Lacrymæ igitur ſecundum Hippocratem, aut inuoluntariæ ſunt, vel voluntariæ; hincq. in epid. lacrymæ volenti, ait, nolenti, multæ, paucæ, calidæ, frigidæ, craſſities, ſapor, & quæ ſequuntur. Hipp. 6. epid. ſup. 8 tex. 17.

Sed fortaſſe dices, lacrymas, quæ voluntariæ emittuntur eſſe fictas, neque proprie fletus dici poſſe, quemadmodum pręficarum mulierum lacrymæ Dub.

apud antiquiores erant, ſiue quorumdam Hiſtrionum, aut aliorum huiuſmodi; vnde Martialis,

Mart.li. 1.

Amiſſum, inquit, *non flet cum ſola eſt Gellia Patrem:*
Si quis adeſt iuſſæ proſiliunt lacrymæ.

atque Ouidius,

Ouid. 2. de remed. amoris.

Vt flerent oculos erudiere ſuos,

ſiue clarius Catullus,

Catullus.

Veſtra nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli:

Horum quidem omnium lacrymæ, vtique voluntariæ dici poſſunt, nec non etiam à voluntate dependentes; ſed quæ proprie lacrymæ ſunt à voluntate nequaquam procedunt; ſi-

cuti etiam manifeſte docuit Hiſtrio quidam, qui in Tragœdia ad ciendum, vt dicunt miſericordiam, atque vt verè etiam magis lacrymarentur, nati cineres in proſcenis angulo vaſe contentos locauit, quarum aſpectu lacrymas multas ſibi, & alijs deinde excuſſit: Ergo veræ lacrymę in voluntate non adſunt, cum etiam experientia conſtet eas non modo poſſe retineri, verum nec etiam à voluntate moderari, tãtum abeſt, vt voluntariæ ſint. Reſpondeo, vtique lacrymas aliquando haud eſſe proprias, nec proprij fletus; ſed & proprias etiã lacrymas modo ſuperius dicto volũ-

Refert Cagnatus li. 2.de ſanit. tuenda, c. 16.

tarias eſſe apud me nō eſt abſurdum: cū etiam vt melius quoq. infra declarabitur, fletus, vel lacrymarum cauſſa propria dolor eſt: dolor autem cum lacrymis eſſe poteſt, nec non etiam & ſine lacrymis; & ita quidem Rhodiginius, atque alij teſtatum fecere, ex quo Poeta,

Cęl. Rhodigin. lib. 12. lect. antiq. cap. 3. Virgil. de Ænea.

Spem vultu ſimulat premit altum corde dolorem:

Hac igitur ratione, quateſius à volūtate prohibentur lacrymę, maxime volūtariæ dici poſſunt: vocari poſſunt præterea voluntariæ lacrymæ, quatenus etiam cum dolore ad fletum, & voluntas concurrit; quandoquidem ne dolens à dolore ſoffo-

cetur, contracta præcordia relaxantur; ibidemque doloroſi ſpiritus retenti emittuntur, & ſic cum voluntate quoque lacrymæ fiunt: Igitur lacrymæ voluntariæ etiam ſunt, quemadmodum & Hippocrates ſuperioribus aſſerebat. Sed aduertendum eſt voluntarias lacrymas non ita dici, vt ſemper, & quandocumque emitti poſſint; nam veræ lacrymæ non, ad placidum, at dolore aliquo præexiſtente fieri ſolent; ſicuti & riſus non quidem ſemper, verum iucunda aliqua, vel ridicula re prius poſita excitari ſolent.

Neque præterea valet, quod

ſuperioribus aſſerebatur, lacrymas videlicet non modo poſſe compeſci, verum nec etiam moderari, & ideò non voluntarias eſſe: nam declaraui iam quo modo apud me voluntariæ dicantur; & præterea, vt optime Nicander Ioſſius adnotauit, lacrymæ voluntariæ ſunt, tum etiam cohiberi poſſunt, adhibita, videlicet, ratione ad partem contrariam cauſſæ fletus, atque lacrymas excitantis: qua eadem ratione Theodoſius Imperator, vbi iraſci cœperat græcas litteras memoria recenſebat; vt illa, inquit Iuſtinus, concitatio, quæ momenti eſt, mente alio traducta, parui tem-

Nicander tract. de fletu.

Iuſt. hiſtoricus in vita Theodoſij.

poris interiectu etiam langueſceret: Ex quo etiam Celſus Romanus Medicus in cura Phrenetidis animum ad contraria reuellebat: vnde quorumdam, inquit, vani mœtus leuandi ſunt, ſicut in homine prædiuite famem timente accidit, cui ſubinde falſæ hæreditates nunciabantur: quorumdam audacia coercenda eſt; ſicut in his fit, in quibus continendis plagæ quoque adhibentur, atque ab his, quæ imaginantur, ad meliora, & contraria mens abducenda eſt: ſicuti etiam & in amantium cura Paulus admonebat: Ex quo Ariſtoteles etiam in Ethi-

Celſ. lib. 3 c. 18.

Paulus li. 3. c. 17. Ariſt. 2. & 6. Ethic. cap. 8.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

cis, fortes viros, ait, in magnis periculis,& doloribus, quos patitur ſenſus, propter honeſtam mortem animo, aut gaudere, aut ſaltem dolore non affici; itaque plorare numquam conſpiciuntur: hac autem ratione cur lacrymæ voluntatis imperio non ſubiaceant? Cohibitiones puerorum, ait idem Ariſtoteles, atque interruptiones ploratus, qui legibus prohibent, non recte faciunt; ſunt enim vtiles ad augmentum, ſicuti & Auicennas etiam docebat. Sed qua quidem ratione legibus prohibentur ploratus? Quoniam videlicet reſponderem, Pueri metu legum, ti-

Ariſtot. 7. polit. c. 17

Auic. 3. p. doctr. 1. cap. 2.

mentes maiora mala, illis animum applicant, quæq. vt euadant, lacrymas cohibere bonũ ipſis fore quoque iudicant: Atque ita ſic volũtariæ etiam ſunt lacrymæ, nempe voluntate conſentiente, vel inuoluntariæ, vt ſuperioribus cum Hippocrate aſſerebatur.

Dixi verò voluntate conſenſiente, quandoquidem in tantum conſentit voluntas, vt flere licet à malo, fletus tamen ipſe, vel ipſius flendi actus, iucundus ſit, & ſi mala aliquando exinde ſequantur: vnde Ariſtoteles in Rethoricis. Quin etiam, inquit, in luctibus, & lamentationibus quædam volu- Ariſtot. 1. Reth. cap. de iocundis.

 ptas

ptas innaſcitur. dolor enim exiſtit ex eius deſiderio, qui mortuus eſt: voluptas autem ex recordatione, & quaſi conſpectu eiuſdem: dum ſibi illum penè cernere videntur: & quæ dum vixit, egit, & quibus moribus erat præditus, apud ſe repetunt: itaque illud etiam ab Homero dictum eſt:

Sic ait, & cunctis flendi eſt exorta cupido.

Sed ego non modo mortuorum quorũdam fletum iucundũ vocari poſſe dicerem, verũ & quemcumque fletum cum delectatione aliqua fieri; conſiderando tamen fletum in ordine, & comparatione ad dolo-

rem, atque vt fletum, quatenus videlicet, quod intus compreſſum, atque moleſtia anguſtatum retinetur, in ipſo fletu emittitur, & ſic veluti præcordia in ploratu exonerari percipiũtur: cũ etiam ipſo fletu peccati pœnas ſoluere aliquando videatur dolentibus. Ergo fletus non modo amicorum, verum etiam & quorumcumque iucundus, vel vtilis, vt dixi apparet.

Sed obijcies, ſi fletus iucundi ſunt, vtique iucundum, vt iucundum expetibile eſt, ac tamen fletus non modo expetuntur, verum hominibus ita ſunt exoſi, vt totis viribus ab omnibus impediantur; qua igitur ra- Dub.

tione iucunditatem afferunt?

Reſpondetur, fletus exoſos hominibus eſſe, nullum habere dubium, ſed tamen non vt fletus exoſi ſunt, verum quatenus in proprio fletu, & dolor ſemper adeſt; non igitur, vt fletus, ſed quatenus dolorifici ſunt homines fletus abhorrent; vt enim fletus iucũdi ſemper ſunt, cum fletus ipſi doloris, quodammodo, medicamentũ ſint, & fletibus dolores minui manifeſtiſſime, vt plurimum appareat.

Fletus igitur vt dicebam, ſiue lacrymæ, voluntariæ ſunt, vel inuoluntariæ: atque voluntariæ, vel concurrente volun-

tate, in plures etiam partes diuiduntur; quatenus videlicet, ex pluribus, vel pluribus modis exoriuntur: Vnde ex magno timore aliquando fiunt, vel cum dolore lacrymæ, fiunt nec non etiam ex amore, miſericordia, ira, triſtitia, nimio gaudio, atque omnibus ferè immoderatis animi affectus ſecundo Moralium ab Ariſtotele recerſitis, quique ad quatuor capita reduci ſolent, nempe gaudium, timorem, ſpem, atque dolorem, ex quo illudque Virgilij,

Refert Rhod. lib 12. dicto cap 4.

Ariſtot. 2. cap. 5.

Hic metuunt, cupiuntque timent, gaudentque nec auras
Reſpiciunt.

Virgil. 6. Æneid.

atque Boetius,

Gau-

Boet. 1. de conſolat. metr. 7.

Gaudia pelle, pelle timorem,
Spemque fugato, nec dolor adſit.

Plures itaque ſunt lacrymæ volũtariæ, quemadmodum etiam & inuoluntariæ infinitæ, prout infinitis ex cauſſis enaſci poſſunt, cum intrinſecis, tũ etiam extrinſecis, de quibus lacrymis, cum infinita quoque recenſeantur à medicis, & præſertim ab Aetio, non eſt quod ipſe in præſenti plura dicam, ſed ad alia accedens.

Aetius tetrab. 1. ſer. 30. c. 138.

Cauſſæ fletus, & lacrymarũ, vbi, & quomodo

Quarto loco cauſſæ fletus, & lacrymarum petebantur, nec non etiam vbi, & quomodo fierent: & quidem omiſſis lacrymis inuoluntarijs, de voluntarijs hic loquentes, nempe

quæ ex animi affectibus oriuntur, & quæ animo concurrente fiunt: Cum cõſtet, inquit Rhodiginius, non eſſe aliud lacrymas, quam aquoſum humorem ab oculis profluentem; quam habeat is rationem, amplius ſcrutandum; ſic autem comperimus in ſecunda, tertia, & quarta digeſtione, hominis ſuperfluitates aquoſas ſecerni ſemper; ſiquidem in hepathe coctionis ſecundæ poteſtate aquoſitas gignitur: eius magna pars contruditur per emulgentes venas ad renes: percolata inde à ſanguine, ac ſequeſtrata per meatus, qui vritides nuncupantur, in veſſicam

Rhod. ib. cap. 3.

delabitur, ac egeritur deni-que: quicquid verò ſubſtitit cum ſanguine, vt ſit eius vehi-culum, fertur cum eodem ad venarum extrema, quæ oculos pertingunt, & inde eſt lacry-marum materia. Contingit id ipſum, & cibi perfectione ter-tia, cum ſanguis conuertitur in humiditatem primam de ſe-cundis, fit & in poſtrema, cum humiditas prima de ſecundis tranſmutatur in ſecundam, & tertiam. Obiter tamen ſcien-dum, ſubiungit idem Cœlius Rhodiginius, in coctione vlti-ma dupplicem ſecerni ſuper-fluitatem, altera quarum craſ-ſior ſit, vnde proueniant, quæ

in corporis ſuperficie viſuntur ſordes, & inſuper narium mucus, aurium quoque marmorata. Subtilis altera, quæ quandoque in vaporem, in ſudorem aliàs modicum, tenuemque dilapſa commutatur, nec non oculos ſcandens lacrymis argumentum præbet. Sunt qui ita ratiocinantur, quæ caloris vi in vaporem reſoluantur ignea leuitate hinc aſcita, ſcandere tam diu ad ſuperna, donec repercuſſa, addenſataque frigeſcere incipiant, relabanturque, id quod in pluuia conuiſimus, & vaſis, quę ambica vocant. in humano autem corpore tres agno ſci fumidas euaporationes, ſto-

machi, iecinoris, ac lienis, & cordis; quibus tria reſpondeant mēbra item ſuperne, oculorū, narium, aurium. Sed nariū mucū à ſtomaco eſſe, aurium ſordes ab iecinore, organorū indicare ſitum, ſic & lacrymas ex oculis demanantes ab corde profluere, quando & nobilior rei euentus nobiliorem præfert cauſſam: in dolore autem hasce vbertim ſcatere, quoniam eius vi plurima ſecernatur euaporatio: Et hæc ſupradictus Cœlius; Ex quibus colligitur vltimo lacrymas ex dolore fieri, vnde bene dixit Nicander

Ioſſius ib. Ioſſius, fletus, videlicet, dolorum ſoboles: nam vt etiam ex-

perientia conſtat, dolores lacrymas ſequuntur. Sed qua ratione? Eadem ferè dicerem, quam ſuperius Rhodiginius adduxit; etſi enim fletus proprie oculorum ſit, nam & ibidem quoque lacrymæ generantur, tamen inchoatiue, & prima ſui in latitudine, exordia prima in alijs partibus adipiſcitur; vtputa in præcordijs, vel ſepto tranſuerſo, vt dicitur, in corde, pulmone, & ſimilibus. Et quod in præcordijs fletus primordia ſua educat, tum patet experientia, cum in dolore hanc partem maxime comprimi, vel affici percipiamus; tum etiam quia, & riſus in eadem

parte incipit, ſicuti Plinius aſ-ſerebat: Cumque riſus ab hylaritate procedat, fletus autem ex dolore, qui riſui è directo contrariatur, neceſſe eſt dicere, & in eadem parte quoque fieri; contrariorum namque ratio, & diſciplina eadem eſt.

Plin.lib.2. c.37.

Fletus igitur in præcordijs incipit, & hinc non ſine ratione Antiquiores partem illam φρενεν vocauere, quod latine mentem quoque ſignificat, cuius accidentia, cum dolor, tum hylaritas ſunt, & per conſequēs cum riſus, tum etiam & fletus: Quod autem riſus in phrene fiat docuerunt plures, ex quo inter alios Plinius, Arguméto,

Plin. ibid.

inquit, quod titillati maximè intelligitur alarum, quas ſubit non alibi tenuiore cute humana; ideò ſcabendi dulcedine ibi proxima: & ab hoc in prælijs gladiatorumque ſpectaculis mortem, cum riſu, traiecta præcordia attulerũt, ſicuti & idem Ariſtoteles, aliàs adnotauit; atque Hippocrates in Thycone, qui catapulta percuſſus in phrene ridendo perijſſe fertur.

Ariſt. 3. de part. c. 10. Hippoc. 5. epid. 92.

Cum igitur riſus exordia ſua in phrene habeat, ſic etiam & fletus: nam vt ſupradictus Plinius aſſerebat, In phrene mentis ſubtilitas, & ideò nulla eſt ei caro, ſed neruoſa exilitas; quæ quidem neruoſa exilitas

Plin. ibid.

tamquam mentis etiam domicilium, recipiens ex imaginatione aliquam rem pernicioſam, vt exempli gratia nuncium proximæ futuræ mortis ſuæ, amiſſionem quarumcumque facultatum, filiorum, honoris, & ſimilia; phrenes, inquam, eſt, qui primo huiuſmodi ſentit, vel percipit; hincque conſtringitur hæc pars, atque contrahitur primo in fletu, vt ſuperioribus dicebatur: ſed quare? Ratione timoris primo dicerem, quoniam cum dolore aliquis timor ſemper adſit; vt videlicet cor, atque ſpiritus phrenes tueatur, in timore ſtatim cõtrahitur; atque hac etiam

ratione hæ partes præcordia ab aliquibus dicuntur: quandoquidem ante cor, & muralia, vel defenſiua cordis ſint: Hinc igitur in dolore conſtrictio primum; vel contractio phrenis adeſt, ratione inquam timoris, vt dicebam; qui ſemper dolorem concomitatur: Sed præter hanc conſtrictionem eſt etiam alia in dolore, vel fletu; quandoquidem in dolore cauſſa fletus, ipſius phrenis immoderatus motus adeſt, & conquaſſatio quædam, non aliter, atque in rigoribus accidit; phrenes etenim pars neruoſa, nec non etiam exquiſitiſſimi ſenſus recipiens in ſe ex triſti imagina-

irritatus, ſtatim aggreditur ad ipſorum expulſionem; & hinc conquaſſatio magna in ipſo fit; à qua deinde conquaſſatione, tum etiam ipſius constrictione dicta, cor pulmones, ſpiritus, atque omnia ſimul vnita præcordia; in dolore inordinate mouentur, nec non etiam conſtringuntur; ex quo fit vt etiam cuncta ibidem retenta maximopere calefiant, atque propterea accidat, vt in dolore cuncta præcordia aduri videantur: quibus deinde ſic ſe habentibus, ſpiritus, atque omnia alia fumoſa, vel aerea, quæ in præcordijs adſunt tamquam nimis calefacta diu retineri nõ

poſſunt, aliter enim ſi retinerẽtur cor ſuffocaretur, ac tandem mors ex ſuffocatione etiam ſuccederet, vt bene Galenus in libris de placitis adnotabat: propterea accidit etiam quod præcordijs relaxatis, virtute expulſiua ipſorum nec non etiam expellente, ſpiritus calefacti, atque ex calefactione immoderata acriores redditi, à præcordijs dictis ad alias partes tranſmittantur, nempe per pulmones ad tracheam, atque alias huiuſcemodi ſuperiores, ſed præcipue per naſum, ipſiuſque anfractus ad oculos tandem deferantur: Extat enim inter naſum, & oculum, vt bene Fal-

Gal. lib. de placit. Hippocr. & Plat.

lopius notarunt, atque Schenchius, foramen quoddam in puncto lacrymalis, quod quidem foramen idem Fallopius tranſmiſſioni etiam lacrymarum inſeruire dixit; per hæc inquam à naſo ad oculos foramina ſupradicti calefacti ſpiritus, atque acriores ad oculos tranſmiſſi, ſunt in cauſſa deinde, vt lacrymas quoque excitent; ſua tamen acrimonia, neque aliter, atque fumus, & acria omnia id facere ſolent: Et hinc ille humor in dolore tam fœcundus, atque paratus; quique, vt Plinio reſpondeatur, reliquo tempore in glandulis ipſorum oculorum retinebatur: quan-

Schench. refert li. 1. obſ. med. obſ. 289. & 290.

Plin. ibid

doquidem in oculorum orbita glandulæ ſitæ ſunt humiditatem à capite ad oculorum lubricitatem eo defluentes, excipientes, atque oculos irrigantes, mobilioreſque reddentes: quæ quidem ſupradictæ glandulæ ab aliquibus plures, vt Rhodiginius recenſuit, ab alijs autem vna tantummodo cuique oculo exhibetur, ſicuti Schenchius docuit.

Rhodig. ibid. c.3.

Schench. ibid.

Sed de numero glandularum quicquid ſit: Certum eſt lacrymas, vt audiuiſtis, in prima ſui latitudine à præcordijs exoriri, proxime verò in oculis fieri, quemadmodum experientia quoque apparet: Ad

oculos autem ſeroſas illas humiditates, ex quibus lacrymæ formantur, Auicenna ex cerebro educi docuit, Cœlius verò aliter refert: quando ſemitas, ait, verò duas Anatomici deprehendere, per quas ad oculos lacrymæ ſurrigantur. Priore loco venas ſtatuit, quæ in fronte ſunt, & temporibus ad oculos productæ: deinde eſſe inteſtinos meatus, qui eodem protendantur. quamquã monſtratur, & callis tertius, quia profluens humiditas in nares per oſſium foramina in oculos deſinentia, in illos corriuatur: Verum enimuero, inquit, aliàs Cœlius, non omiſerim hac parte

Auic.li. 3. fen.3.trac. 2. c.26. Cœl.Rhodig. lib.dicto, c.3.

Rhod. ib. cap.4.

te illorum ſententiam, qui audacius aſtruxere, lacrimas in angulis quidem ſe oſtendere, prorūpere tamen ex ſpiramentis duobus in fine pilorum, qui è palpebris promicant, quorum vnum in ſuperiore ſit gena; in inferiore alterum prope domeſticum angulum. Hinc arguta in medium proſilit aſſertio, lacrymas ex ira, & triſtitia, vel huiuſmodi ægritudine alia per inferius redundare ſpiramentum, quia cordis ea ſint accidentia. Quæ verò alia profluant ratione, ſuperiorem habere meatum, quia euentus cauſſa ſit de cerebro.

Sed de vijs lacrymarum ad

oculos quicquid etiam ſit; quia lacrymæ non ex dolore tantummodo procedunt, verum ex gaudio, mœrore, & huiuſmodi; quæres in præſenti, qua ratione, & in his etiam affectibus procedant? Alexander, mœrentes, inquit, vtique meatuum, ſiue pororum denſitate extrudunt quod in ipſis eſt humectum, triſtitia enim frigiditatem, atque pororum denſitatem: gaudentes verò ratione diuerſa, raritate, atque laxitate eorumdem humida effundunt: Quæ quidem Alexandri adductæ rationes eſto ſecundum partem veræ ſint, totaliter tamen confirmandæ nō

Refert Cœl.ibid.

viden-

videntur; quandoquidem & ſi in mœſtitia refrigeratio adſit, atque conſtrictio, vt Alexander ait, tamen hac ſolummodo conſtrictione tantã copiam lacrymarum tranſmitti non videtur poſſibile, cum & per multos dies ex mœrore fletus, atque menſes durare poſſint; an quia igitur ſemper in talibus lacrymæ ex conſtrictione pororum fiant, extrudentium, quod in ipſis humidum contentum eſt? Nequaquam certe, cum & in fletu alius motus, nempe præcordiorum cõquaſſatio ſemper adſit, quæ licet cõſtringendo, non ex conſtrictione tamen immediate procedit.

Aliæ igitur rationes aſſignandæ ſunt, cur in gaudio, atque mæſtitia rebus contrarijs lacrymæ fiant: ſed has an ideò, dices excitari, quia in his, quemadmodum etiam & in omnibus alijs animi affectibus ijdem ſpiritus caleſiant, acrioreſque reddantur in præcordijs, & ſic ab ijſdem etiam ſua acrimonia in oculis lacrymæ educantur?

Nequaquam reſponderem: nam etſi verum ſit in omnibus alijs animi affectibus præcordia, ipſorumque contenta caleſieri, & quodammodo etiam acria reddi; tamen ijdem ſpiritus calefacti, atque illæ à præcordijs fumoſitates, propriè,

& per ſe non tranſmittuntur ad oculos niſi in dolore, atque hoc nulla alia ratione,niſi vt lacrymis extrinſecus dolores manifeſtarentur, quemadmodum & gaudia riſu propalantur, & ſimilia : aut ideò dolores in oculis per lacrymas manifeſtantur, vt ſcilicet homines hac ratione in ſui miſerationem, atque auxilium conducant: nam vt Cœlius ſupradictus aſſerebat,Cum plorant dolentes cum ſpe dolent,his verbis; Nec omnis tamen dolor ſic cordis calorem excitat, vt aiunt, vt qui in eo eſt ſequæſtretur humor, ſed qui cum ſpe modo eſt:hanc enim efficere, vt exiliat cor vehemen-

Cœlius libro dicto, cap. 3.

hementius, ac laxius fiat; Nec ſubſultus quilibet hoc effecerit, ſed impetuoſior, vti in rerum acerbitate; ſiquidem vbi ſpes abeſt, cordis ceſſat ſubſultio, quin comprimitur, meatibuſq. occœcatis, augeſcente calore, feruet humor, nec euaporat.

Sed ſi fumoſitates à præcordijs ad aculos niſi in dolore tranſmittuntur; qua igitur ratione gaudentes etiam plorant, mœrentes,& alij ſimiles? Nulla alia ratione vtique dicerem, niſi quatenus doloris participes ſunt, ex quo gaudentes ideò lacrymantur, quoniam in contrarium rei gauiſæ reflexum habent; & ſic Dictatorem Cæſa-

rem de morte Pompeij fleuiſſe dicitur, cum nimium gauderet, quia tamen eidem miſeriæ ſe fortaſſe ſuppoſitum recordatus fuit, aut alicuius rei dolorificæ, quatenus, videlicet in eodem ſtatu eſſet cogitando, ex gaudio dolere cœpit, ac tandem lacrymæ etiam ſuperuenere; non quidem, vt dixi, ex gaudio, vt gaudio, verum gaudij in contrarium, reflexu habito: Atque ita non vt gaudentes; verum vt dolentes in gaudio lacrymantur homines; quemadmodum, & omnes miſericordia moti in lacrymas incidunt; ſiquidem miſereſcentes in tantum fleant, in

quantum pœnas, vel miſerias aliorum, vt proprias ſibi ipſis animo repræſentant, & ita prout magis, vel minus hoc ſibi repræſentant, eadem quoque ratione magis, vel minus plorant, nempe ratione doloris, & non aliàs: Alexander ille Magnus Macedonus, cum regna Darij Perſorum Regis, tãquam ſua ſpatiaretur, incidit forte fortuna in ſepulchrum illius olim maximi Regis Cyri, cui talia verba inſcripta erant: ò vir quiſquis es, & quocumque aduenis, neque enim te venturum ignoraui, Ego Cyrus ſum, qui Perſis Regnum inſtitui, puſyllum terræ quo

Quintus Curtius in vita Alexandri.

meum tegitur corpus non inuideas; His verbis Alexandrum lacrymaſſe refert Quintus Curtius, & ſi tamen ex victorijs receptis maximo gaudio refertus eſſet; nulla tamen ratione; niſi ſuperius ſæpiſſime adducta, in contrarium ſcilicet rei gauiſæ, vel aliàs reflexu habito: ſicuti enim naturales corporis affectus reuulſione cauſſæ, vel humorum ad partem contrariam affectæ, vel aliàs curantur; ſic etiam & animi affectus, eiuſdem mentis aliò reuulſione, vel abſtractione tranſmutantur: Non igitur vt gaudentibus, neque vt mœrentibus; verum vt dolentibus, in omni-

bus

bus alijs animi affectibus fletus fiunt, vel propriæ lacrymæ, ſicuti ſuperioribus dicebatur.

Sed dices in gaudio, atque riſu homines lacrymaſſe referunt plures, nec vlla ſine conſideratione rei dolorificæ: quo igitur modo ex gaudio, vt gaudio, lacrymas fieri negatur, atque fletum? Eſt vtique hoc relinquere ſenſum propter rationem. Dub.

Reſpondetur, ex lacrymis aliquas eſſe proprias, aliquas verò impropriè lacrymas dici: atque proprias, fletus, & ex dolore ſolummodo ſunt, vt ſuperioribus multis demonſtrauimus: improprie verò poſſunt fieri à

pluribus; vtputa gaudio, riſu, & ſimilibus alijs. Et quod quæ in gaudio, vel riſu fiunt lacrymæ, non fletus ſint, non proprie lacrymæ dici debeant, res eſt manifeſta; tum quia parum durant; tum etiam quia dolores per lacrymas manifeſtantur, non autem gaudia; ita quod quæ in gaudio fiunt lacrymæ per accidens, atque gaudio improprie dici debẽt: Cum verò ſuperioribus in gaudio, vt ex gaudio lacrymas negabamus, de proprijs lacrymis intelligebatur, quæ proprie fletus dicuntur, atque à dolore ſemper ortum ducunt; de illis videlicet lacrymis quæ ex animi lacera-

ceratione fiũt; & ideò fletus græcè δάκρυα, ex quo dacryma, ſiue lacryma ab animi laceratione deducebatur; quia ſcilicet proprij fletus, atque propriæ lacrymæ ex laceratione, ſiue dolore, ſemper ortum ducunt.

Sed eſto proprias lacrymas, atque fletum in gaudio etiam à dolore fieri, quæ improprie ſunt, ex quo originem ducent?

Nulla alia de cauſſa ipſe dicerem, niſi vt communiter aſſeritur, ex præcordiorum, ſcilicet, relaxatione vehementi, & maxima, à qua per accidens fit, vt fumoſitatum quæ à præcordijs tranſmittuntur, aliqua etiam pars ad oculos, deducatur; quæ

etiam deinde ſua acrimonia poteſt aliquas humiditates excitare, atque per modicũ tempus, cum relaxando fiant; quemadmodum in riſu accidit, &c.

Dub. In ira verò qua etiam ratione lacrymæ fient?

Cic. lib. 2. Reth. c. 2. Ira, inquit Cicero, libido eſt cum dolore ſperatæ punitionis propter apparentem negligentiam, vel in ſe, vel in ſuorum quempiam, contra id, quod oportebat: Quod ſi, ira eſt huiuſcemodi, ergo lacrymæ quæ in ira fiant, dicendum eſt etiam ex dolore proficiſci.

Lacrymarum itaque, vel proprij fletus cauſſa dolor tantummodo eſt, vt ſuperioribus ſæ-

piſſime dictum, nec non etiam probatumque fuit.

Sed dices, ſi fletus doloris ratione ſolummodo eueniat, cur equidem magis fœminæ plorent, atque pueri etiam facilius, quam viri, & iuuenes? an quia hi tales, dolores facilius percipiant? Dub.

Nequaquam reſponderem; quoniam dolor quædam eſt triſtis ſenſatio, cui magis inepti pueri ſunt tanquam humidiores, atque fœminæ veluti frigidiores, & humidiores ſimul, quam viri, & iuuenes; ſenſus enim in ſicco perfectior eſt, quam in humido. Ex qua igitur ratione id procedat?

Iam quidem ſuperioribus dictum fuit, in fletu eſſe neceſſariam quandam præcordiorum relaxationem,quęque ideò fiat, quandoquidem ſpiritus ibidem triſtes,atque corrupti (dico corrupti quum iuxta Galenũ animi affectus ſpiritus corrũpant, vt inquit); hi inquam ſpiritus, tum corrupti quodammodo, vel nimis excalefacti in pręcordijs retineri diu non poſſunt; & propterea, qui præcordiorum debiles ſunt, ſtatim quoque ipſis relaxantur, quemadmodum mulieribus accidit,atque pueris: viris autem è contra, atque ætate perfectioribus: quoniam videlicet, præcordia

Galen. 12. meth. c.5.

ipſis, tanquam calidioribus, valentiora ſunt, triſtes ſpiritus ſufferre magis magiſque poſſunt, & hinc ad fletum, neque adeò procliuiores: Qua etiam ratione, ad fletum magis proni, debiliores, atque timoroſi ſunt; minus verò, è contra fortes, vel animo valentiores dicuntur; taleſque firmi pectore à Poeta aſſerebantur, quãdo, Virg. cum Sybilla Æneæ loquitur.

Nunc animis opus eſt Aeneas, nunc pectore firmo.

Et ſic expeditis cauſſis lacrymarum, quomodo, & quibus in locis generentur, accedo ad quintum quæſitum, quo videlicet fine, vel cuius cauſſa huiuſmodi fiant.

Finis fletus, & lacrymarũ.

Atque ſuperioribus iam fuit indicatum finem lacrymarum, quo ad animum conſideratarum, eſſe oſtendere dolores à quibus mens, & præcordia interius præmuntur; quemadmodum ex riſu gaudia demonſtrantur, & ſimilia: interiora namque habent cum exterioribus conſenſum talem, vt quæ intrinſecus adſunt, exterius etiam declarentur: & ideò libri phyſignionomicorum Ariſtotelis, Chyrumantiæ, & ſimiles aliæ ſcientiæ, quæ apud Antiquos magis in vſu erant, nunc verò iure optimo ex lege vetita nobis.

Dub.

Sed dices cur dolores in ocu-

lis manifeſtentur potius, quam in alijs partibus?

Quandoquidem reſponderem, maximum habent oculi cum præcordijs conſenſum, in tantum, vt à quibuſdam Philoſophis, oculi ianuæ cordis appellarentur; à quibuſdam etiam ſimulacra animi; & hinc fortaſſe Plinius, quando, Neque vlla ex parte, aiebat, maiora indicia animi cunctis animalibus, ſed maxime homini; ideſt moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, lætitiæ: contuitu quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, tranſuerſi, limi, ſummiſſi, blandi: Et pro- Plin. lib. 2 nat. hiſt. c. 37.

feċtò,

fectò, ſubiungit, in oculis animus inhabitat; ardent, incenduntur, humectant, cohibent. Hinc illæ miſericordiæ lacrymæ; hos cum oſculamur animum ipſum videmur attingere; hincque fletus, & rigantes ora riui. Qua eadem ratione, viginti gladiatorum paria, aiebat, in Caij Principis ludo fuere; in ijs duo omnino, qui contra comminationem aliquam non conniuerent, & ob id inuicti: nam vt etiam ſubiungebat, nictantes pauidiores accepimus. Itaque oculi cum præcordijs maxime conſenſiunt, & animi affectus proprie in oculis repreſentantur: ex quo

Galenus diuinam partem oculos appellauit, nec ferè alia ratione caput, niſi oculorum ſeruitio fuiſſe conſtitutũ: quandoquidem oculi mentis recondita apertiſſima faciunt, niſi fallacijs vtamur, quemadmodum & Hecuba fecit, quæ Polineſtorẽ proditura, ne ab ipſo in oculis cognoſceretur, inquit, ipsũ, ſe pudere, in tales miſerias redactum, reſpicere; perſuaſit namque turbationem oculorũ, ipſi non ex mali animi propoſito, at pietatis ergo fuiſſe, ad hoc vt melius executioni ſcælus mandaret, hæc peſſima, & callida mulier.

Galen. de vſu partiũ

Euripides cum inducit Hecubam Polineſteri loquentem.

Oculi itaque ſunt, cum qui-

bus

bus præcordia, & intellectus conueniunt, vt ſcilicet, ſicuti & aliæ animi paſſiones, ibidem quoque & dolores per lacrymas manifeſtarentur: Atque hic eſt finis quo ad animum conſideratus, ipſarum fletus, & lacrymarum.

Quo verò ad alia conſiderato fletu, alij etiam fines reſpiciuntur, ex quo Athletas, refert Cicero, cum exercebantur ingemiſcere conſueuiſſe, vt ſe ipſos fortiores redderent: & pueris Ariſtoteles ſuperioribus laudabat, tanquam loco exercitationis; quæ quidem exercitationes, vt ſtomacho inimichæ, poſt cibũ à Cœlio Au-

Cicero 2. Tuſcul.

Ariſtol. 7. Polit.

Refert Mercurialis in Gymnaſtica, lib. 6. c. 6.

relano damnantur; licet etiam dubitari poſſit maius malum, quam bonum ex his reſultaturum; cum fletus corpora frigidiora, intenta, ac debilia reddat, febres aliquando ſecundum Galenum lacrymæ accendant, atque vt eloquentiſſimus aiebat Celſus, continui fletus oculos imminuant: Neque ſileam præterea quantum damni vox à fletu recipiat, dum fauces, atque vocalia inſtrumenta inter flendum madefacta, exaſperatave, eam raucam efficiunt, tuſſeſque, atque noxios catharros latenter concipiunt. & hæc ſufficiant quoad ea, quæ de fletu & lacrymis quærebantur, de

Celſ. lib. 6 cap. de cura oculi. Gal. 1. de ſan. tuen. cap. 8.

 qui-

quibus veniunt ſucceſſiue non nulla quoque alia diſputanda.

Dub.

Et primo lacrymarum vſus, præter hominē, cæteris animalibus non datur ferè, inquiunt; Cuius rei Ariſtoteles rationem reddens, quia cordis vehementior commotio, ait, ex qua lacrymæ oriuntur, in homine tantum fit, non in alijs. Sed cur non in alijs, atque in homine?

Ariſt. 3. de part. animalium.

Intellectus cauſſa, reſponderem; quandoquidem dolent homines ratione concurrente, cætera verò animalia ſenſu tantummodo agente, vel inſtinctu naturæ; non quidem animi, at sēſus dolor in brutis eſt, & hinc

vehementius homines quam bruta dolent; tum etiam quia dicerem, homini cum Plinio ſanguis tenuiſſimus, ſapientiora autem, dixerat ſuperius, quibus ſanguis ſubtilior, ergo etiã doloris ſenſus ſubtiliſſimus, atque acutiſſimus eſt: Aut tandem dicerem, & fortaſſe melius, Ideò hominibus vehementiores dolores fieri, quam Brutis, nec non etiam & lacrymas in oculis excitari, quoniam in hac parte corporis homines ſuas debebant demonſtrare paſſiones; at verò bruta in alijs partibus, vtputa auribus, vel alijs ſimilibus: Atque ex hoc naſcitur, vt idem quoque Pli- Plin.lib.2. cap.38.

Plin.li.41. cap.37.

nius aſſerebat, quod equis, exẽpli gratia, & omnium iumentorum genere, indicia animi aures præferant: nam feſſis marcidæ: Nutantes pauidis; ſubiectæ furentibus. Reſolutæ ægris facies homini tantum; cæteris os, aut roſtra aſſerebat: Statim igitur, atque equi dolentes ſunt aures ſummiſſas habent, vt peritiores recenſent, de oculis verò nulla habetur ratio; atque etiam id nulla alia ratione forſitan natura præſtauit, niſi quoniam magis aures in brutis pateant, quam aliæ partes, in hominibus verò oculi, qui primo intuitu ſecundum totum proſpicientibus ſe demonſtrant.

Hæ igitur ſunt rationes, quæ declarant cur potius hominibus, quam alijs animalibus, proprij fletus, vel lacrymæ fiant vt petebatur.

Sed his ſuppoſitis, quæres vlterius, ſi fletus ideò euenit hominibus magis; quia cordis vehementior commotio, atque doloris intentio maior, quia cognitio in his, nec non etiam & ratio concurrat: Cur igitur pueri nuper nati etiam plorant, in quibus, ſecundum Peripatheticos, quoad ſecundam operationem nullus adeſt intelle-ctus, nec à brutis differant? Dub.

Præterea, Ploratus diceba-tur aliàs, nihil eſt aliud niſi Dub.

emiſſio lacrymarum ab oculis cum dolore, hanc verò etiam bruta habent, ergo non hominibus ſolum contingunt lacrymæ, ſed alijs?

Atque brutorum lacrymas cum dolore eſſe, apparet ex vociferatione, vel canglosa voce; quam emittunt; vnde canes exempli gratia, adeò clangoſæ vociferantur, vt etiam homines in ſuorum miſericordiam aliquando inducant; & ſic Appio Iunio, & P. Silio Coſſ. inquit Solinus Ploly ſtor, damnatum dominum canis cum abigi non poſſet, comitatus in carcerem, mox percuſſum, vlulatu proſecutus eſt. Cumque ex

Solin. Ploly ſtor.

miſeratione populi Romani po teſtas ei cibi fieret, ad os defuncti eſcam tulit. Vltimo abiectum in Tyberim cadauer adnatans ſuſtentare conatus eſt. Canes igitur etiam ipſi dolent, atque adeò, vt vlulatu in miſericordiam homines inducant; ex quo ipſis, quemadmodum, & alijs brutis, fletus vel lacrymæ cum hominibus communes ſunt.

Reſpondetur, plorare tantùmmodo homines non eſſe dubium, vt ſuperiora docebant; quandoquidem riſus homini ſo lummodo proprius eſt, ergo etiam fletus riſui contrarius motus, vel accidens; cum contra-

riorum ratio, atque diſciplina eadem ſit, ſecundum Ariſtotelem aliàs: Et ſi autem, vt obijciebatur, Pueri nuper nati etiam fleant, non tamen proprius fletus illorum eſt, at verò, vt ait Plinius, vagitus, donec anima ſuis incipiat fungi operationibus, quo tempore vtique proprie flere tũc dicuntur, anima, videlicet, deinde concurrente, nec non etiam & ratione ratiocinante. Eſt autem hoc tempus, iudicio meo, à natiuitate hominum quadrageſimus dies, poſt quem, animam rationalem, in actu ſecundo magis operari, Hippocrates manifeſte demonſtrat, his verbis. Ter-

Plin. lib. 7, in proœ.

lib. de ſeptimeſtri partu.

tius quadragenarius eſt, in quo vbi naſcantur, etiam male afflicti, ſi effugerint quadraginta dies, apparent magis robuſti, ac ſapientes: nam & ſplendores clarius vident, & ſtrepitum audiunt, quod prius non potuerunt, tanquam incrementum habeat hoc tempus, tum iuxta alia, tum iuxta ſapientiam ex corpore eluceſcentem.

Quod verò ſecundo loco obijciebatur, nempe fletum emiſſionem eſſe lacrymarum ab oculis, verum eſt, ſed hanc habent quoque bruta, negatur; cum euacuatio lacrymarũ ſimplex non ſit fletus, verum illarum emanatio cum perturba-

tione animi à dolore facta, præexiſtente reuocatione animi ad interiora, cum imaginatione, & ſimilibus alijs: quam quidem emanationem bruta nequaquam habent, nec vllas emittunt proprias lacrymas: & ſi fortaſſe in ipſorum oculis alique lacrymæ, forte fortuna, reſpiciantur; non proprie quidem fletus lacrymæ tales dicuntur, quæ non ſenſu tantummodo dolorem percipiente fiunt, ſicuti in brutis accidit, at verò ſenſu ſenſiente, nec non etiam, & anima rationali concurrente, ſiue perturbata ſicuti ſuperioribus declarabatur: Ex quo lacrymæ etiam

illæ brutorum ſi accedant, non proprie fletus dicentur, verum fluor quidam potius redundantis pituitæ, aut ſaniei, vel aliquo alio concurrente affectu in oculis, excitatus; non quia autem ex profundo præcordiorum lacrymæ ſint, quemadmodum propriæ lacrymæ aliàs dicebantur: Atque ita fletus hominibus proprij ſunt, non tamen alijs.

Neque præterea obſtat, quod bruta doleant, atque dolor cauſſa fletus ſit: in brutis enim, atque in hominibus idem dicere non valet, cum in illis non proprij fletus adſint; at verò vlulatus, vel quædam clamoſæ

voces; quas quidem clamoſas voces, natura brutis exhibuit ad eundem finem, ad quem & lacrymas, vel proprios fletus hominibus præſtauit: ad manifeſtandas, videlicet, animi paſſiones, à quibus & ipſa detinebantur: habent tamen ſupradictæ clamoſæ voces aliquam, & cum fletu, ſimilitudinem, ſed tamen fletus proprie non ſunt, verum vt dicebatur, vlulatus, gemitus, atque quærulæ quædam conclamationes ob ſenſum doloris; cuiuſmodi illæ etiã ſunt ægrotantium voces clangoſæ, quæ declarant ipſorum paſſiones; ex quo, vox clangoſa, ait Hip-

pocrates Hermozigæ vxori ſuperuenit, quæ deinde vehementer furens, & muta obijt: Differunt etiam gemitus à proprio fletu, quoniam illi ad indicandos primum dolores ſenſuum fuere inſtituti, ſicuti ſimplices illæ voces, quæ emittuntur ob doloris acerbitatem; fletus verò proprij ad animi potius dolores fuere ordinati, qui cum reuocatione animi ad interiora præcordiorum fiunt, cum imaginatione, eorundem præcordiorum conſtrictione, conquaſſatione, ac tandem relaxatione, atque expulſione eorundem, quæ intus conſtringebant, vt aliàs declarabatur. Er-

Hippoc. 1 prognoſt. comm. 1. tex. 17.

go fletus hominibus tantum, ſit, nequaquam verò, & alijs conuenit.

Dub. Sed contra hæc ſic inſurges: Si fletus hominibus tantum ſit, atque non alijs, ergo ſequeretur ipſum eſſe proprium hominis, cum ex Porphyrio illud proprium eſſe dicatur, quod vni conuenit, ſoli, & ſemper; ſed fletus huiuſcemodi affirmatur, ergo fletus hominibus proprium eſt. Cur igitur communiter riſus aſſeratur? Cum etiam ſtatim atque naſcuntur homines plorare incipiant? Riſus autem è contra ante quadrageſimum diem ipſis non accidat, ſi Plinio aliàs

Porphyr. in introd.

Plin. lib. 7 in proœ.

citato credamus?

Reſpondetur vtique fletum homini vni, ſoli, & ſemper conuenire, ergo proprium hominibus dici debet, non autem riſus, negatur conſequentia: nam cũ Porphyrius proprium definiuit, de naturali proprio præcipue intellexit, ſicuti riſus eſt, qui naturalis hominibus ab omnibus dicitur; fletus verò è contra res præter naturam: namque fletus nota, & ſignum eſt rei præter naturam, videlicet doloris, vt dicebatur: Et ſi autem ſuperioribus fletum maxime naturalem ipſe decantauerim, non tamen adeo naturalem ipſum intellexi, niſi qua-

tenus ab artificiali contra diſtinguitur: Riſus igitur quia propriè naturalis res eſt in hominibus, ideò proprium iure optimo quoque dictus fuit; ex quo riſibilis homo per ſe; flebilis autem per accidens, atque præter naturam prædicatur.

Neque obſtat quod prius fletus experiantur ab hominibus, quam riſus; nam iam dicebatur ſuperius; proprie illos eſſe nequaquam fletus, verum vagitus, atque querulas lamentationes à fletu maxime diſtinctas; qui quidem vagitus non ratione ratiocinante fiunt, at verò ſenſu tantummodo ſenſiente: Siquidem vt optime ab

Epheſio docebatur; Ideò ſtatim atque naſcuntur, vagitum emittunt homines, quia tenuis ſpiritus à luce concutitur, tum quia inſuetam terrã attingunt, quando in nauibus parientes mulieres, mutum edunt: Quæ etiam vltima verba, an vera ſint, in totum non affirmarem; nam & in nauibus lux eſt, atque naues inſueta quoque domicilia ſunt, & in hoc non aliter ſe habent, atque in terra: De hac autem re quicquid ſit. Illos minime audiendos eſſe addidit Alexander Medicus, qui animũ dicant, quod amiſſo cœleſti domicilio corpus inhabitare terrenum occe-

Soranus Epheſius in Iſog. cap. 17.

Alex. pub. 61. lib. 10.

pit, id circo infantem cogere, dolere, atque plorare: ſed quoniam ipſe dicerem ab ambiente frigido percutiuntur nuper nati, ideò plorare, atque dolere; non quidem, vt dixi ratione concurrente, verum inſtinctu naturæ, atque ſenſus ope; qui ab inſueto aere refrigeratur, vel offenditur. Et hæc quoad aliam dubitationem.

Dub.

Tertio loco, vtrum fletus ſine voce fieri poſſit declarandũ proponitur: Et quidem eximius Cagnatus doctor meus, hunc ſine voce fieri poſſe, ex profeſſo negauit, atque non ſine etiam magna ratione; cum fletus, vt dicebatur, fiat cum

Cagn. 2. de ſanit. tuen. c. 16.

rela-

relaxatione præcordiorum, nec non etiam emiſſione à præcordijs ſpirituum alteratorũ; quorum quidem emiſſio, quia impetuoſior eſt, atque ſubſultim fit, nec non etiam attritione aeris naſcitur, compreſſione præcordiorum, tracheæ, laryngium, oris, atque omnia denique alia, quæ etiam & in voce, concurrant; hinc ſine voce fieri poſſe fletum, videtur impoſſibile, ſicuti quoque vt plurimum experientia conſtat. Vox igitur in fletu neceſſaria eſt.

Altera ex parte, Nicander Ioſſius docet fieri poſſe, vt ab eis, qui ſunt fortiores, atque prudentiores, hic motus ſupra-

Ioſſius ibidem loco alias dicto.

dictus, in fletu contineatur; ſed in ea retractione, & compreſſione maiori, ac ſuſpenſione animi profunda, impetus ſurſum repit ad oculos, inquit, & lacrymæ prodeunt citra eiulatum, quod aiunt, nequaquam indecens eſſe forti viro: nam ſatis illi eſt, vt puerilem hunc motum, & ſolutam animo remiſſionem, quæ imbecillitatis, & deiectionis eſt ſignum, cohibeat; dolorem verò è magnis rebus cohibere non poteſt, & fortaſſe etiam non decet, & hæc Nicander.

Ex quibus & alijs, ego dicerem fletum artificialiter, atque vi maxima, vtique ſine voce

fieri poſſe, per ſe tamen, atque vllo ſine artificio, vt plurimum, & ſemper ferè, cum voce enaſci; ſicuti experientia quoque demonſtrat, & doctiſſime etiam Cagnatus doctor meus ſuperioribus docebat.

Et quoniam ſuperioribus aſſertum etiam fuit, dolorem eſſe in cauſſa omnium ferè propriam lacrymarum, Cur verò accidat vt in dolore aliquibus nullæ lacrymę exoriantur, quarto loco venit examinandum. Dub.

Atque reſpondet Rhodiginius, lacrymas, videlicet, non in omni dolore excitari, at verò tantummodo in illo dolore, qui cum ſpe modo eſt; in Rhodig lib. 12. c. & 4.

quo efficitur vt vitali ſpiritu in cordis occluſo cauitatibus præfocatio, atque interitus conſequeretur, ſicuti in illis ſæpius accidit, qui magno ex dolore tenentur, vlla nec non etiam, & ſine ſpe: Præterea ideò, inquiunt alij, aliquibus nullæ lacrymæ fiunt, quoniam lacrymarum ſpiramenta, ſiue ductus peranguſti ſunt; ita vt lacrymæ, & ſi materialiter adſint, propalari tamen non valeant: aut ideò etiam hoc euenire dicerem, quia ſcilicet oculorum ſubſtantia dura eſt, atque denſa, quemadmodum & glandulæ duriores; ita vt à fumoſitatibus, quæ à præcordijs, ipſis,

tranſmittũtur, ad expulſionem lacrymarum, nequaquam irritentur, nonnullis.

Occurrit etiam ſæpe ſæpius, vt homines inter flendum, & viſum amittant aliquando; an quia dices, ſpecierum tranſitus intentionalium ad ſenſum cõmunem, à lacrymis impediatur? aut quia ex nimia euacuatione ſpiritus deficiant? aut tandem ex vehementi cogitatione, quæ ita flentibus fiat, hoc ipſum proueniat? Dub.

Et quidem obcœcat, inquit Plinius, magna cogitatio, obducto, videlicet, intus viſu: & ſic in morbo comitiali, ſubiungebat, aperti oculi nihil cer- Plin.lib.2. cap.37.

nunt, animo caligante.

Sed dices, quid intelligit hoc loco Plinius, quando inquit, obducto, videlicet intus viſu?

Nomine viſus reſponderem, non quidem actum ſecundum viſionis, at verò primum, vel potentiam viſiuam intelligere: quia enim animus in cogitatione vehementi totus ferè verſatur circa rem quæ cogitatur, hinc alijs functionibus non inſeruit, hinc oculos, aliquando, viſionis inſtrumenta relinquit, & ſic cœcitas accidit: Quemadmodum & in melancholia affectis idem euenire ſæpiſſime experitur; in quibus adeo animus circa rem, in qua delirant,

ſe profundat, vt & cœcutire aliquando, non ſit mirum: Ex quo Hippoc. 6. aphor. In morbis melancholicis in hæc pericula inciditur, aſſerebat, Apoplexiam corporis, vel conuulſionem, vel furorem, vel cœcitatem. An quidem eadem ratione id accidat, atque Plinius ſuperioribus docebat? Obducto, videlicet, intus viſu, vel potentia viſiua, in cœcitatem tem incidatur? Hippoc. 6 aphor. 56.

Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis apoplectica, tale eſt melancholicum dicebat Hippoc. aliàs; An retracto item animo ex lingua, dici etiam poſſit, ad Hippoc. aphor. 40

aliam partem, nempe imaginationem, & ſimilia? Vtique non eſt dubium animi magna retractione extrinſecas ſenſuũ operationes etiam deficere; apparet hoc præcipue in Ecſtaſi, à quo quidem correptos, non videre manifeſtum eſt; non ſentire, non moueri, & huiuſmodi; & nulla certe alia ratione niſi ſuperius dicta; ex retractione, ſcilicet, animi ad interiora, & profunda ſui; eſt ſiquidem ecſtaſis non delirium, vt non nulli dixere, at maxima, vel profunda imaginatio; & ideò obcœcat, quemadmodum; & Plinius ſuperioribus afferebat: Sed præter animi re-

tractionem accidit cœcitas in vehementi imaginatione alia etiam de cauſſa; nempe ex retractione ſpirituum, aliàs, ad vehementiſſimam, ſcilicet, cogitationem delatorũ: & propterea pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, aiebat etiam Ariſtoteles, quia videlicet ſpiritus omnium functionum inſtrumenta, omnibus potentijs vehementer operantibus inſeruire non valeant.

Ariſtot.

Sexto de lacrymis etiam agendo, quærit Nicander Ioſſius ſupradictus, quamobrem fletus diutius permanet, quam riſus: hic enim motus cito ſoluitur, illevero cum ſemel cœ-

Nicander Ioſſius tractat. de fletu, c. 4.

piſſet neſcit quaſi dimittere: Cur etiam, inquit, plorare turpius eſt, quam ridere. An propter fletum interitus poſſit accidere, ſicuti per riſum pluribus euenit. Cur homines alioqui triſtes, & dolentes ſæpe cum tacerent non plorabant, cum autem doloris cauſſam velint dicere, & narrare confeſtim plorant. Ac tandem quare vox ridentium, grauior eſt plorantium voce?

Atque quoad primum, ideò, ait, fletus diutius perſeuerat, quam riſus, quoniam hic ab inani lætitia, quæ veluti per tranſitum afficit, generatur; fletus verò à re graui, & do-

lorifica ſerio, quæ diutius mouere poteſt: inſtat enim alta quædam cogitatio, & quo magis appellit animum, eo magis diſplicere conſueuit.

Sed dices contrariorum ratio; atque diſciplina eadem eſt ſecundum Ariſtotelem; ſed riſus & fletus contrarij ſunt, ergo ſi fletus durat, etiam riſus, atque vt contrarij, non minor erit ratio vnius, quam alterius.

Ariſtot. in prædic.

Ad hoc reſponderi poteſt, non eſſe quidem neceſſarium, vt contraria in omnibus æqualia ſint, ſed ſatis eſt, vt plurimum, Ariſtotelis ſententiam verificari: nam loquutio exempli gratia, atque taciturnitas

contrariæ ſunt, ſine dubito; ac tamen taciturnitas, vt plurimum, loquutionem valde ſuperat, & ſic de alijs. Sed rationibus addendo, quid etiam ſi dicatur; Ideò videlicet riſum minus durare, fletum verò è contra; quoniam, ſcilicet, in riſu ſpiritus valde diſſipantur, nec non etiam, & magis atque in fletu, diffunduntur, cum hic ex conſtrictione primum, præcordiorum enaſcatur, iſte verò præcordijs maxime dilatatis; & ſic quia omnis virtus, ſecundum Ariſtotelem, & alios, in ſpiritibus conſiſtit; ideò riſus minus duret, quoniam ſpiritus, & plures etiam, atque

Ariſt. lib. de ſomno & vig. & aliàs.

citius amittantur?

Ad ſecundum verò, fletus ait Nicander, magis eſt turpis, quam riſus, quoniam videlicet fletus videtur è medio tollere magnificã illam fortitudinem, quam omnes affectare ſolent, & contra virilem illum vigorem, quem omnes habere exiſtimant: ſiquidem arguit animi remiſſionem; atque propterea, qui mores inſtituunt, aiunt, fletum eſſe rem puerilem, indignam viro, & muliebrem, animi ſcilicet mollioris, & paullo remiſſioris. Fletus præterea, dicerẽ, & ſi naturalis res ſit, non tamen ſecundũ naturam hominibus accidit, ſicu-

ti riſus, & ideò flere turpius eſt quam ridere, vt dicebatur.

Ad tertium deinde, fletum ait, hominem poſſe interficere, cum modus videlicet ſuperatur: nam laxatis habenis, & ſoluto motu diaphragmatis, poteſt accidere difficultas attrahendi ſpiritum, multo præſertim euacuato: qua propter calor ipſius cordis ſuffocatur, nonnumquam apparatus aliqui, & medij quidam affectus generantur, ſcilicet lipothimia, & ſyncopes, ſi paullo remiſſius illud fiat: cum autem in riſu ſolutior fiat motus, vtpote celerius, atque vehementius vellicante ridiculo quaſi prurigine,

nullaque retrahente cogitatione; propterea mors multo facilius ridendo, quam flendo poteſt accidere; nam ploratus cauſſa minus inſolenter mouet, & alta cogitatio animum retrahit parteſque ipſas mobiles: riſus verò ſecundum Ariſtotelis, & Alexandri ſententiam vehementem reſolutionem inducit; quoniam vitalis vis, & inſitus calor immodice foras prodit.

Ariſtot. 2. prob. Alex.lib.1 probl. 19.

Quarto ideò, inquit idem, loquendo plorant, qui nullas emitterēt prius lacrymas, quoniam ſoluto in dicendo ſpiritu, ac partibus illis, quæ alioqui continebantur, factoque dolo-

re magis in actu, cum explicetur, & forſitan aucto, cum dicendo innoteſcat, & explicetur miſeria; Hinc eſt vt loquendo fleant, tacendo tamen nequaquam id accidat.

Ariſtot. 2. problem. q. 15.

Ad quintum verò tandem, quod quærebat, An quia reſpondet Ariſtoteles in problemat; qui flent intendendo, contrahendoque os vociferantur, vnde propere aer interior corpore ipſo intento mouetur, cumque per os anguſtum tranſeat, ferri velocius poteſt?

Dub.

Poſt quæ ſi quis etiam vlterius quærat, cur lacrymæ ſalſæ ſint? Quoniam reſponderem ex ſeroſa humiditate ge-

neran-

nerantur, quæ ſalſa eſt, ſicuti in vrinis apparet: Ex quo Ariſtoteles, lacryma, inquit, ſudor quidam eſt, quandoquidem non aliter, quam vrina eſt, & ſudor tenuis, & aquea ſubſtantia, & ſalſa ſapore: & ideò in morbis oculorum, quæ ſudores mouent, etiam prohibentur, vt Petronius bene admonebat: eadem namque, vt dicebatur, vrinæ materia eſt, atque lacrymæ, & ideò etiam, ambo ſalſæ ſunt.

Ariſt. ſect. 5. prob. 35

Alex. Petronius li. de morbo gallico.

Sed dices lacrymæ Aprorum dulces dicuntur ab Auctoribus, Ceruorum verò ſalſæ, & amaræ: Ex quo Plutarchus, An in calore, inquit, ac

Dub.

Plutarch. libello rationũ euẽtuum quorundam.

ſrigiditate, huius diuerſitatis cauſſa ſtatuetur? Frigidæ vtique naturæ, ſubiungit, Ceruus eſt, calidæ verò Aper,& igneæ, proinde fugæ mandat ille præſidium, in inuadentes ruit hic præceps, quo præcipue tempore fundit lacrymam. Plurimo, namque, feruore raptim ſe ſe ad oculos promente, hinc dulceſcit humor profuſus inde. Ergo lacrymæ non ſemper ſalſæ ſunt, vt ſuperioribus dicebatur.

Reſpondetur lacrymas, vt ſeroſas ſubſtantias, eſſe ſemper ſalſas; quando autem aliquis Auctor Aprorum dulces vocauit, Ceruorum verò ſalſas, &

amaras, fortaſſe comparatiue loquebatur, atque in ordine ad lacrymas Ceruorum: non tamen abſolute: quandoquidem ita loquendo, ſecundum prædominium, lacrymas, vt lacrymas, ſemper ſalſas ipſe crederem, cũ ex ſeroſa ſubſtantia ſanguinis etiam generẽtur: ſed ſerũ ſalſum quodammodo eſt; Ergo etiam omnes lacrymæ, vt dicebamus. Quod autem à ſeroſa ſubſtantia ſanguinis, deducantur lacrymæ, præter Ariſtotelem, & alios, docuit quoque Empedocles, quando ex ſanguine turbato, lacrymam extrudi, ait, vt ex lacte ſerum. Comparatiue, igitur, lacrymæ

dulces dicuntur, per ſe verò, & abſolute, ſemper ſunt ſalſæ.

Dub. Sed de ſalſedine lacrymarum quicquid ſit: Qua propter quæritur flentes ſpiritum emittant frigidiorem ridentibus? Et quidem nulla alia ratione, dicerem, niſi quia maiori facta in fletu retractione, & corporis intentione, aer non affatim interior, qui calidiſſimus eſt, ſed plurimum eius, qui in extremo arteriæ manet, excernitur, inde frigidiuſculus apparet, quam in riſu; in quo per emiſſum, ac magis ſolutum corpus, hiſcentemque arteriam interior aer ad excretionem properat; & hac for-

taſſe ratione intelligebat Ariſtoteles, quando dolorem refrigerationem pectoris eſſe aiebat: Aduertendum tamen hic eſt, ò Lector, quod licet frigidiuſculus in fletu ſit aer, qui reſpiratur, tamen maiorem acrimoniam habet, quam qui in riſu emittitur; quam quidem acrimoniam ex nimia excalefactione, attritione, & ſimilibus, quæ in præcordijs præceſſere, habuit; Eſt verò frigidiſculus, vt audiuiſti, quia in fletu aer non affatim à præcordijs tranſmittitur, ſed quia conſtrictio aliqua præcordiorũ ratione, ſcilicet doloris, in fletu ſemper adeſt, hinc aer pau- Ariſtot. 2. prob.q. 13

 latim

latim emittitur, & præſertim qui in ſuperioribus partibus, vel pulmonum, vel tracheæ reperitur. Quod verò aer qui in fletu à præcordijs tranſmittitur acris ſit, atque mordax, patet vtique ex pluribus, ſed præcipue ex raucedine, quam inducit fletus, & rubedine oculorum, nec non etiam ex triſti ſenſatione, quæ in faucibus percipitur, in tantum vt in his, quemadmodum & in naribus acrimonia maxima percipiatur, atque ex his tandem & excoriatio, aliquibus, in huiuſcemodi partibus propter fletum enaſcatur.

Dub. Lacrymæ inſuper, nolenti,

aiebat Hippocrates, volenti, frigidæ, calidæ, &c. Sed quæ calidæ ſunt, quæ verò frigidæ dicuntur?

Hippoc. 6 epid. ſect. 8. t. 17.

Et quidem, quæ ex animi affectibus oriuntur, calidas vtique dicerem; quæ verò oculorum ex morbis, frigidæ ſunt: Atque has crudas; illas autem concoctas, non nulli appellant; ſicuti & frigidi ſudores crudi; calidi verò, concocti, à medicis nominantur.

Dub.

De lacrymis verò tandem quærunt etiam non nulli, cur equo currẽtibus lacrymæ fiant? Cur etiam & in pandiculatione eædem vt plurimum accidant?

Et quidem reſponderem, quoniam, videlicet, aer occurſans frigidus eſt; Frigus autem lacrymas mouet; quippe contrahendo, conſtipandoque carnem, exprimit humorem. In pandiculatione verò eadem ferè ratione, atque in dolore dicebatur, lacrymæ generantur: eſt enim pandiculatio, ſiue halyce, vel hale, vt græce dicitur, nihil aliud, quam extenſio totius corporis, quæque, vt Auicenna docebat, ob ſuperfluitates contingit, quæ in muſculis coeant, ideoque à ſomno frequenter euenire: quod ſi affluentior is fuerit humor, fieri inde horripilationem, atque

Auic. 1. can.

tre-

tremorem : huiuſcemodi verò ſupradictæ ſuperfluitates præcipuæ in ipſius ore ventriculi adeſſe ſolent, ait Galenus, ſiue ſtomachi, vt vocatur; cum verò natura his expurgari voluerit, tunc temporis, & pandiculationes quoque fiunt, in quibus ex conſtrictione faucium à quibus primo dictæ ſuperfluitates ab ore ventriculi prouenientes recipiuntur, harum, inquam, ex cõſtrictione, fit impulſus, vel emiſſio ſuperfluitatum, non quidem verò per palatum & os, at per viam, atque canalem ſupra palatum & ad naſum; à quo, deinde, & ad foramina oculorum in puncto

Galen. 7. aphor. 56.

lacry-

lacrymali exiſtentia; per quæ etiam, & in oculos ingredientes ſuperfluitates dictæ, ſua acrimonia, tandem oculos irritantes, non aliter atque in dolore, non aliter etiam atque à fumo lacrymæ in pandiculatione excitantur. Et ſic tandem tractatui de Fletu, & lacrymis, **Finis imponatur.**

ROMÆ,

Apud Bartholomæum Zannettum.

M. DC. XVIII.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Google

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM.
quæ in hoc tractatu continentur.

A

Affectus corporis reuulſione curantur. pag. 52
Affectus animi abſtractione, vel reuulſione mentis ad aliam partem curantur. 52
Affectus animi in quadrupedis aures demonſtrant, cæteris os, aut roſtra. 67. *&* 68
Affectus animi ad quatuor capita reducuntur. 27
Affectus animi ſpiritus corrumpunt. 58
Alexandri ratio cur plorēt nuper nati. 81
Alexandri opinio in generatione lacry-

marum ex mæſtitia. 45
Amantibus ad meliora, & alia mentem abducebat Paulus. 21
Athletæ lacrymabantur. 64
Aurum ſordes ab iocinore. 32

B

BRuta non emittunt proprias lacrymas. 74
Brutorum lacrymæ cum dolore ſunt. 70

C

CAnis hiſtoria. 70
Caput oculorum ſeruitio conſtitutum. 63
Catapulta. 35
Cogitatio magna acoœcat. 87
Comitiali qui afficiuntur non vident. 87. & 88
Contrariorum ratio, & diſciplina eadem. 34. 72. 93

Diffe-

D

DIfferẽtia inter lacrymã, & fletũ. 4
Dolores lacrymas ſequuntur. 33
Dolor cum lacrymis, & ſine. 18
Dolor ſine ſpe nõ excitat lacrymas. 49. 86
Dolor ſine ſpe facit ſuffocationem. 49
Dolentes cum lacrymis cũ ſpe dolent. 48
in Dolore præcordia aduri videntur. 39
Dolor cum conquaſſatione fit. 37
in Dolore primũ fit etiam conſtrictio. ibid.
Dolor brutorum non fit anima ratiocinante, ſed ſenſu ſentiente. 75. 76. 77
Dolor cauſſa sẽper propriarũ lacr. 18. 81
Dolor refrigeratio pectoris. 503
Dolorem timor concomitatur. 36

E

ECſtaſis quid. 90. 91
Epheſii ratio circa vagitum puerorum nuper natorum. 81

 Finis

F

FInis fletus, & lacrymarum. 60. & ſeq. 84
Fletus dolorum pathos 2
Fletus naturaliſſimum in homine opus. 2
Fletus nō ante diem quadrageſimū. ibid.
Fletū ſtatim nati experiuntur homines. 2
Fletus græce δάκρυα. 4
Fletus quid. ibid.
Fletus lacrymarum motus, ibid.
Fletus non ſine lacrymis. 6
Fletus multiplex. 7
Fletus quotuplex. ibid.
Fletu proprio præcordia relaxantur. 18
Fletus quomodo cohibentur. 20
Fletus actus iucundus. 23. 24
Fletus hominibns exoſi cur? 26
Fletus vt fletus iucundi. ibid.
Fletus dolorum medicamentum. ibid.

INDEX.

Fletu dolores minuuntur. 26
Fletus, & lacrymarum cauſſæ. 28
Fletus dolorum ſoboles. 32
Fletus à malo ſemper. 23
Fletus à dolore. 34
Fletus dicitur naturalis, quia non eſt artificialis. 80
Fletus ſine voce an fieri poſſit. 82.83.84
in Fletu cur homines occæcantur. 87.
Fletus cur diutius duret quã riſus. 91.92
Fletus Cæſaris, & eius origo. 49.50
Fletus Alex. Magni. 51
Flentes facile, debiles, atque timoroſi, è contra difficile flentes. 59
Fletus intendit demonſtrare animi paſſiones. 60
Fletus poſt cibum ſtomacho inimicus. 64
Fletus corpora facit frigidiora, intenta, & debilia. 65

Fletus ſebres accendunt. 65
Fletus nocet voci. ibid.
Fletus mouet tuſſes,& catarrhos. ibid.
Fletus puerorum vagitus à Plin. 72. 80
Fletus an fiat ſine voce. 82.83.84.85
Fletus cur diutius permanet quam riſus. 91.92
Fletus quomodo fiat. 94
Fletus cur turpis magis quam riſus. 95
Fletus res præter naturam. 96
Fletus poteſt hominem occidere. ibid.
Fletus proprium naturale. 79
Fletus cur fiat loquendo qui prius tacendo non erat. 97. 98
Foramen inter naſum & oculum in puncto lacrymalis. 41
Fumoſitates à præcordijs excitant lacrymas ſua acrimonia in oculis. ibid.
Fumidæ euaporationes in corpore tres. 32

Flentes cur ſpiritum emittant frigidiorem. 102

G

GAudentes cur plorant. 49. 55
Gaudentes plorant vt dolẽtes. 50
Gaudia non manifeſtantur lacrymis. 54
Gladiatorum paria viginti. 62
Gladiatores ridendo periere. 35
Glandulæ in oculorum orbita. 42
Glorioſe morientibus gaudia, non ploratus ſecundum Ariſt. 22

H

HEcuba fallacijs vtens in proditione. 63
Hippoc. aphor. 52. 4. lib. explicatur. 7. 8. & ſeq.
Humor lacrymarum in glandulis oculorum retinebatur. 41

I

INteriora cum exterioribus conſenſiunt. 60
Interiora ab exterioribus demonſtrantur. ibid.
Ira quid, 56
Iræ remedium Theodoſii Imperatoris. 20

L

LAcryma à dacrimo. 4. 55
Lacryma à laceratione animi dicta. ibid.
Lacryma quid. 4
Lacryma terminus fletus. ibid.
Lacrymæ propriæ in fletu ſolummodo ſunt, & ſemper. 6.7
Lacryma quotuplex. 7
Lacrymæ voluntariæ, & inuoluntariæ. ibid.
Lacrymæ voluntariæ non malæ. 8

La-

Lacrymæ inuoluntariæ malæ. 8
Lacrimæ voluntariæ, & inuoluntariæ quæ apud Hippoc. & Gal. 8.9.10. *& ſeq.*
Lacrymæ voluntariæ, & inuoluntariæ ſecundum expoſitorem Almanſoris. 11. 12
Lacrymæ in ophtalmia, & alijs morbis an voluntariæ, vel inuolũtariæ. ibid.
Lacrymæ ex gaudio. 45
Lacrymæ non ex dolore tantũmodo. ibid.
Lacrymæ fictæ. 15
Lacrymæ Hiſtrionum. 16.17
Lacrymæ propriæ, & impropriæ. ibid.
Lacrymæ propriæ aliquo modo voluntariæ. 17. 18
Lacrymæ à voluntate prohibentur. 18
Lacrymæ quo modo voluntariæ. ibid.
Lacrymas proprias dolores præcedunt. 18

Lacrymæ morientium. 12
Lacrymæ cur aliquibus in dolore non poſſint emitti. 85. 86
Lacrymarum plures cauſſæ. 28
Lacrymarum materia. 30
Lacrymæ vt in pluuia. 31
Lacrymæ ex dolore. 32
Lacrymæ ex corde. ibid.
Lacrymæ in præcordijs incipiunt. 33
& quomodo. 42
Lacrymarum materia à cerebro, alij ab alijs partibus. 43
Lacrymas in angulis ſe oſtendere. 44
Lacrimæ ex ira, & alijs animi affectibus, à corde. ibid.
Lacrymæ ex mœrore. 45
Lacrymæ in gaudio, & alijs quo modo. ibid.
Lacrymæ in mæſtitia. ibid.

Lacrymæ per ſe in dolore ad oculos tranſmittuntur. 48
Lacrymæ propriæ, vel impropriæ declarantur. 53
Lacrymæ gaudij, vt gaudij, non ſunt propriæ. 54
Lacrymæ propriæ ab animi laceratione, 55
Lacrymæ in ira quomodo. 56
Lacrymæ præter hominem alijs non fiunt. 66. 67. 70.
Lacrymarum emiſſio ſimplex non eſt fletus, ſed cum dolore, &c. 73
Lacrymæ brutorum ſunt fluor redundantis pituitæ, vel ſaniei. 75
Lacrymæ fiunt in dolore cum ſpe. 85
Lacrymæ cur ſalſæ. 98
Lacrymæ à ſeroſa ſubſtantia. 99
Lacryma ſudor. ibid.

La-

Lacrymæ, ſudoris, & vrinæ eadem materia. 99
Lacrymæ Ceruorum cur ſalſæ, Aprorum cur dulces. Ibid.
Lacrymæ, vt lacrymæ ſemper ſalſæ. 100
Lacrymæ dulces, & ſalſæ comparatiuæ. 101
Lacrymæ frigidæ, & calidæ, quæ? 105
Lacrymæ currentibus cur? 105. 106
Lacrymæ in pandiculatione: & quomodo. 106. 107

M

MElancholici cur occæcantur. 88. 89
Mulieres in nauibus parientes mutum edunt, 81
Mentis ſubtilitas in phrene. 34
Mens φρένες græce. ibid.
Mærentes cur plorant. 49

Na-

INDEX.

N

NArium mucus à ſtomacho. 32
Nictantes pauidiores. 62

O

OCuli conſenſiunt cum præcordijs. 61. 62. 64
Oculi diuina pars à Galeno. 63
Oculi ianuæ cordis. 61
Oculis animus inhabitat. 62
in Oculis manifeſtantur dolores magis. 60. 61
Oculorum alba ſi rubeſcant malum, ait Hipp. in progn. 13

P

PAndiculatio quid. 106
Phreniticis animum ad contraria reuellebat Celſus. 21
Phrenes mentis domicilium. 36
Phrenes pars neruoſa, & exquiſitiſ-

ſimi

ſimi ſenſus. 37
Ploratus in miſericordia cur, quomodo, & qua de cauſſa. 50
Plorant cur fœminæ, & pueri magis. 57. 58
Plorant pueri ſtatim nati non concurrente ratione, ſed ſenſu ſenſiente. 22
Ploratus quo modo pueris prohibetur. 23
Ploratus in pueris ſunt loco exercitationis, & faciunt ad augmentum. 22
Ploratus malum eſt cohibere pueris ſecundum Ariſt. ibid.
Præcordia cur dicta. 37
Præcordia ante cor, & muralia cordis, ibid.
Pueri à 40. die magis rationales. 32. 73

R

Riſum gaudia præcedunt. 18
Riſus in phrene fit. 33. 34. &c.

Ridentium vox grauior voce plorantium. 98
Riſu calor foras magis prodit, quam in fletu. 94
Riſus ſecundum naturam eſt. 96
Riſus quomodo fiat. 94
in Riſu ſpiritus magis diſſipantur quam in fletu. 94
Riſus, & fletus homini proprij. 71
Riſus proprium præter naturale. 79

S

Sanguis homini tenuiſſimus. 67
Spiritus omnium functionum inſtrumenta. 91
Sudores frigidi, & calidi. 105
Superfluitates aquoſæ in omni digeſtione ſecernuntur. 29
Sudorifica oculis incommoda. 99

Termi-

INDEX.

T.

TErminus, & motus realiter inter ſe non diſtinguntur. 45
Tycon ridendo perijt, ut refert Hippotes. 35

V.

VAſa ambica. 31
Virtus in ſpiritibus conſiſtit. 94
Voluntas ad fletum concurrit. 18

FINIS.